



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 70. Prima Bollandistarum opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

Sæc. XVII. liis instituit Ordinem *Virginum de charitate*, quæ vulgo ob habitus sui coloris *Griseæ Sorores* nominantur. Hanc Regimen eadem Matrona commiserat Sancto Vincentio a Paulo, ejusque Successoribus, quorum directione novum hoc institutum ad curandos pauperes ægrotos destinatum intra breve temporis spatiū tam ampla cepit incrementa, ut non modo in Francia, sed & in Polonia & Belgio plusquam trecenta ejusmodi asceteria numerarentur: Nec hoc pietatis specimine exhausta erat hujus Matronæ charitas; quippe promovente eodem Sancto Vincentio, & concurrentibus aliis Matronis Nobilibus, eadem Parisiis in Sancti Victoris suburbio amplam domum locaverat, in qua expositos infantes recipi, atque educari voluit.

### §. LXX.

#### *Prima Bollandistarum opera.*

*Abrege de l'hist. Eccl.  
tom. 10.*

Jam integrum effluxerat triennium, ex quo Jesuitæ in Flandria librum sub titulo: *Imago primi sæculi Societatis Jesu* non sine multorum offensione publici juris fecerant: majore autem Societatis gloria, & Ecclesiæ utilitate Antwerpiae Joannes Bollandus in laboris societatem adscito Godefredo Henscheno

nio acta Sanctorum ab Heriberto Ros- Sæc. XVII.  
weido inchoata perficere aggressus est, A.C. 1643.  
atque hoc anno duo volumina, vitas  
Sanctorum, quorum memoria in Mense  
Januario occurrit, complectentia Ant-  
verpianis typis excudi curavit, & de-  
cimo quinto post anno Sanctorum gesta  
ad Mensem Februarium tribus volumi-  
nibus edidit; quo fatis functo ex ea-  
dem Societate alii (utinam omnes ea-  
dem moderatione & modestia) con-  
spicuum hoc opus prosecuti sunt: De-  
mum funestam hoc anno sortem expe-  
riebantur Melitenses Jesuitæ, qui ob  
graves causas ex hac Insula ejectedi, jure  
an injuria, de avaritia, & morum li-  
centia postulabantur.

## §. LXXI.

*Anceps Caroli I. Angliae Regis bel-  
lum contra rebelles subditos suos.*

Obfirmata rebellis Parlamenti perva- *Rusworth*  
cacia Carolum I. Angliae Regem *Vol. V.*  
ad auctoritatem suam armis tuendam, *pag. 157.*  
bellumque prosequendum hoc item an- *Salmon hist.*  
no compulit: Enimvero Regina oppref- *Chron.*  
so Marito suo suppetias ferre, toto stu-  
dio nitebatur, eique navim unam ar-  
mis, annonam, bellicoque apparatu o-  
nusquam submiserat, nimis tenue tamen  
erat hoc subsidium contra armatam Pu-  
rita-

Zz 2